

## VII. Systema Ægyptiacum.

**H**Oc Systema ponit Tellurem in medio Mundicum Elementis, ut duo priora, & circa hæc ponit primum cælum Lunæ, secundum Solis, tertium ♂, quartum ♃, quintum ♄, sextum stellarum fixarum: circa Solem verò, velut circa centrum, collocat Mercurii, & Veneris Epicyclos; sed ita, ut ♃ illum circumeat arctiore, Venus laxiore gyro, atque adeò modò infra Solem ferantur, modò supra. Ex quo fit, ut juxta hoc Systema ♃ sit aliquando terræ vicinior, aut remotior, quam Venus: aliàs verò ♃, quàm ♃, ut consideranti prædictum Systema patet. Fuit hoc Systema Ægyptiorum, cui subscripsere Vitruvius, Martianus Capella, Macrobius, Beda & Argolus, quorum ultimus tamen vult Terram moveri circa proprium centrum ab occidente in orientem.

## VIII. Systema Tychonicum.

**H**Oc Systema habet Terram cum Elementis in medio Mundi immobilem,  
& cetera